Qui (Christus) est super omnia Deus benedictus in seculo. Amen; sive intelligatur Deus super omnia, sive benedictus super omnia. Quod utrumque in eandem sententiam reddit. Nam solus illus qui est super omnia Deus, super omnia benedictus est, in seculo id est, laudibus celebrandus in omnem aeternitatem.

punctum, post omnia, sic : *Qui Christus est super omnia. Benedictus sit Deus (Pater) in secula.* Erasmus has quidem lectiones referit in notis ; Christum tamen Deum ibi proficit, et in sua paraphrasi. Sensus ergo est : *Qui Christus est super omnia benedictus, benedicendum et laudandum Deus in secula, Amen.*

REFLECTIO MORALIS
in v. 4, 5.

Magna quidem haec Israelitarum privilegia : at privilegiorum Christianis concessorum figure tantum ; filii Dei adoptivi, et quidem majores, facti sunus per baptismum ; in nobis Christus et plenitudo totius divinitatis habitat corporaliter per SS. Eucharistiam ; nobiscum Deus iunxit fidei et quidem aeternam ; nobis datus est in corde Spiritus Dei vivificus et vivificans, non litera occidens in tabulis lapideis ; nobis datus est Dei cultus interior et spiritualis, non exterior tantum et ceremonialis, non nobis promissa hereditas aeterna, Dei ipsius, omnis boni, fructu. Hunc denique Pater noster, Christus frater noster. Hinc haeredes Dei sumus, coheredes Christi. Deum, ob tot et tanta tibi collata beneficia, benedic, ama, lauda in secula. Viam duc Deo dignam, cui tot vinculus unitus es. Cave ne in mortis horâ, hac sint majoris tua damnationis occasio.

VERS. 6. — *NON AUTEM QUOD EXCIDERIT VERBUM DEI...* Græc. : *Non fieri potest autem quod exciderit, etc.* Syr. : *Neque enim prius excidit sermo Dei.* Pravevit Apostolus objectionem que contra ipsius dolorem, ob Iudeorum à salute repulsam fieri potest : nimis Deus promisit Abræ quod illius semen multiplicaret sicut stellas celi, et quod fideus cum illo contractum esset aeternum : quomodo itaque doles, ut aïs, ob nostrum à Dei gratia easum, et nostram à salute repulsam? An ergo putas quod exciderit Dei verbum, et irrita facte sint illius promissiones? Inic ergo objectioni respondet Apostolus : Licit doleam et magnopere discrucier ob Iudeorum à justitia casum, non ideò sentio quod irrita sint Dei promissiones Abræ facte, quia scilicet illæ Dei promissiones non pertinent ad omnes qui ex Israele nat sunt ; sed ad illos qui fidem Israëlitæ imitantur, veri sunt Israëlitæ.

VERS. 6. — *Non autem quod exciderit verbum Dei.* Non haec cō dicatur à me, quod sentiam excidisse verbum Dei, id est, irritas factas esse Dei promissiones et pacta. Non tamen hie respicit ad promissiones et pacta de quibus superius, pertinenda ad carnalem Israël : sed promissiones significat novi Testamenti implendas in Israëlitæ spirituali, et spirituali semini Abræ, per Israëli promissiones illum præfigurato.

Non enim omnes qui ex Israele sunt (qui ex Jacob patriaræ prognati sunt) *si sunt Israëlitæ;* veri scilicet secundum mentem Scripturae, ad quos pertinet divina promissio spiritualis Abræ, et Israëli facta.

Vers. 7. — *Neque qui semine sunt Abræ, omnes filii;* nec idèo, quia secundum carnem nat sunt ex Abram, censendi sunt omnes eius filii secundum mentem Scripturae loquentis de filiis Abram, ubi de promissionibus agitur.

Sed in Isaac vocabitur tibi semen, subaudi, dictum est ad Abraham, scilicet Gen. 21, q. d. : *Isaac erit et*

Nota quid Deus Abræ filii duplices promiserit benedictiones, temporales, scilicet, et spirituales : temporales quidem, de terrâ, v. g., promissa possidenda, Deus in carnibus etiam Abræ filii admisit; spirituales vero de gratia, nimisrum, in solis spiritualibus, id est, credentibus adimplerat.

Esto itaque quidem in plerisque carnibus Abræ filii excedit verbum Dei, de spiritualibus benedictionibus, sed non excedit in spiritualibus Abræ filiis, id est, fidelibus.

NON ENIM OMNES QUI EX ISRAELE NATI SUNT, VERO SUNT ISRAELITE, ad quos scilicet spectat divina promissio, ad solos enim spirituales Abræ, et Israëli filios pertinet benedictio et hereditas promissa.

VERS. 7. — *Neque qui semine sunt Abræ... Graec. : Neque quia, etc.; Syr. : Neque etiam qui, etc., id est, neque omnes qui ex semine sunt Abræ, idèo censentur filii promissionis, ad quos spectet hereditas aeterna, Dei ipsius, omnis boni, fructu. Hunc denique Pater noster, Christus frater noster. Hinc haeredes Dei sumus, coheredes Christi. Deum, ob tot et tanta tibi collata beneficia, benedic, ama, lauda in secula. Viam duc Deo dignam, cui tot vinculus unitus es. Cave ne in mortis horâ, hac sint majoris tua damnationis occasio.*

SED IN ISAAC..., sed dictum est Abræ, Genes. 21, 12 : *In Isaac, seu per Isaac, qui promissione Dei natu est tibi semini et Saræ sterili, posteritas tua censemur.*

VERS. 8. — *Id est, non qui filii carnis...;* explicat latenter hæc in re figuram, quasi dicetur : Hoc significat illos à Deo reputari filios, non qui ex carne, sed qui ex promissione ; seu, quod idem est, hi veri sunt Israëlite, non quos caro genuit, sed quos gratia et virtus supernaturalis generavit, ut Isaac. Licit ergo omnes Iudei sint ex carne Abræ, non idèo omnes promissionis filii; licet autem gentiles non sint ex carne, non idèo exclusorū è filiorum numero, quia promissa sunt Abræ, cùm dictum est ei : *Benedicentur in te omnes gentes.* Christiani itaque, quia gratia per fidem in Baptismo regeneravit, veri sunt Abræ filii.

VERS. 9. — *PROMISSIO ENIM VERBUM HOC EST....,* id est, de hæc enim promissione sic scriptum est Genes. 18, 10 : *Aproximo, hoc ipso tempore, veniam rursum ad te, et Saræ conjux tua sterilis et veluta filium pariet.* Sicut autem ille filius à Deo promissus, vocabitur tunnus semen, id est, verus et genuinus tunus semen, ac consequenter tue benedictionis haeres, non autem Israël. Similitud. : *In Isaac, id est, in posteris Israëli, q. d. : Posteritas tua, ô Abraham, censemur per Isaac, qui Dei promissio et virtute supernaturali natus est tibi semini et sterili Saræ :* nota per Israël, qui filius est carnis, id est, solum naturali virtute generatus.

VERS. 8. — *Id est, non qui filii carnis, etc.* id est, qui regenerati sunt secundum spiritum per gratiam fidei, idèo juxta promissionem divinam Abræ factam, quâ dictum est : *Benedicentur in semine tuo omnes gentes.* Gen. 22. *In semine, id est, estimantur semen, sive filii, et haeredes Abræ, et consequenter ipsius Dei, divinæque promissionis Abræ facte.*

Vers. 9. — *Promissio enim verbum hoc est; etc.* Genes. 18. Verba sunt angelii in persona Dei loquuntis ad Abram, promittentes ei filium Isaac ex Sarâ conjugie sua, quanquam sterili et velutâ.

et virtute divina genitus, fuit p̄e Israële et ceteris filiis Abræ et haeres, sic illi veri sunt Israëlite, quos Dei promissio et gratia divina parvum, et in illis adimplerat quod Abræ promissum est : *Benedicentur, etc.*

OBSERVATIO MORALIS.

Isaac itaque promissus, et virtute divina genitus ex patre decrepito et matre sterili, figura fuit Christianorum, spiritualium Abræ filiorum, qui coelitus ipsi promissa sunt, cùm dictum est : *Benedicentur in te omnes gentes;* et qui per supernaturale Dei virtutem verbo Dei generantur in aquâ frigidâ et sterili. D. Chrysostom. aquam frigidam baptismalem comparat cum Sarâ sene et sterili. Sicut promissa, inquit, seu verbum Dei Isaac effluxit et genuit, sic et nos generarum per verba Dei in aquarum lavato ; in Patriis enim nomen, et Filii, et Spiritus sancti baptizati, gereranur, ait D. Chrysostomus. Idem post eum dixit Theophyl. : *Verbum Dei fixit Isaac et genuit, consimili sunt ratione super nos filios Dei in lavaero baptismatis, veluti in matrice, verba divina pronuntiantur, eaque nos resurgunt;* siquidem in nomine Patriis, et Filii, et Spiritus sancti baptizati, regenerantur, mens Apostoli, patet omni cordato textum sine preoccupatione legenti.

Itaque, sicut Isaac verus Abræ filius à Deo reputatus est, non quia ex Abræ semine, sed quia ex promissione, et quia filius Abræ imitor, sic et. nunc hi veri sunt Abræ filii, inò et omnipotens Dei filii, non qui ex sanguinis, neque ex voluntate carnis, sed qui ex Deo per gratiam regenerantur, fidem sectantur Abræ, credunt, et obediunt Deo.

Domine Deus, qui per infinitam misericordiam tuam, me filium tuum in Baptismo regenerasti, da mihi fidem et obedientiam, ut verè et in vita et in morte à te reperire ut filius ; vivam ergo obediens ut filius, moriar obediens ut filius, in aeternum te diligamus.

Vers. 10. — *CUM ENIM NONDUM NATI FUSSENT....,* quippe cùm adhuc in utero matris essent inclusi (hic jungi potest quod in v. 15 dicitur, scilicet : *Quia major*), ut SECUNDUM ELECTIONEM..., et hoc idèo tunc dictum est, ut hoc argumento pateret et probaret firmum et stabile Dei propositum, seu libera Dei voluntas, quâ ab aeterno decreverat Jacobum et posteros eius praefere et honorare p̄e Esau et posteris eius.

Vers. 12. — *NON EX OPERIBUS...* id est, non ob merita seu opera, sed ex gratia Dei electione et creatione, *DICTUS EST* à Deo per angelum, Rebecce.

Exponitur autem haec pars bifariam : uno modo, ut propositum, quo secundum electionem gratuitam, et non ex meritis Dei constitutur Jacob honorare, subiecendo fratrem ipsius servitum, maneret, hoc est, firmum et stabile esse. Altero modo, ut mystice significaret Dei propositum, quo credentes in Christum prædestinavit ad justitiam, et consequenter ad vitam aeternam, sola et gratuita ipsius electione, absque ullo meritorum respectu, firmum esse atque immobile.

Vers. 12. — *NON EX OPERIBUS, etc.* puta, Esau Jacobo servit, non in sua persona, sed in suis posteris. Quasi dicetur : Iudeo Deus hujusmodi responsum dare voluit matri, cùm puri nondum natu essent, ut per hoc significaret electionem alterius pre altero non esse ex operibus, sed ex vocante.

Ut secundum electionem propositum Dei maneret;

VERS. 15. — *Quia major*, Esau scilicet, serviet minori, Jacobo; non in personis propriis, sed in posteris suis. Israelite enim, seu Jacobei, possederunt terram promissam; ex illis natus est Messias, etc. Idem autem, posteri Esai, servierunt Israëlitis, à Davide subjugati, vide 2 Reg. 8, 14; servierunt usque ad Ioram, filium Josaphat, vide 4 Reg. 8, 22; numerorum servitutis eorum anni circiter 150.

Sicut scriptum est, Malach. 1, 2, id est, de quo longè postquam completem est, scribens Malachias dixit in persona Dei: *Jacob dilexi*, id est, Jacob in suā posteritate majora contulit beneficia; *Esau autem odio habui*, id est, neglexi, nolui confere beneficia posteris ejus. Sic Lia, Genes. 29, 31, dicit odio habita à Jacob, id est, neglecta p̄ Rachele. Sic Luke 14, 26, iubemur parentes odio habere, id est, minus diligere, quām Christum.

MAJOR V. 10, 11, 12, 15, ELUCIDATIO.

Ad maiorem horum textuum intelligentiam, observa quod hæc omnia, quæ hic ab Apostolo referuntur, juxta sensum litteralem, spectant ad bona temporalia. Major serviet minori, scilicet in temporalibus, et eo quo dictum est modo, sei in suā posteritate. Vide v. 15. Quando enim angelus, Genes. 25, v. 25, dicit Rebecca: *Dux sunt gentes in utero tuo et duos populi... major serviet minori*, tunc predictum est quid inter gemellos illos fratres, et in eorum populus ex illis oriundos, eventum erat: scilicet quid unus frater alterum erat supplantatus; unus populus alterius superaturus; quid postea evenit, non ex operibus illorum, sed juxta Dei propositionem. In illis ergo Genesesis verbis contempletur predictio de tempore futuri, scilicet de unius prædestinatione, et alterius postpositione in temporalibus.

De horum autem fratribus, aut populorum ex illis oriundorum, prædestinatione ad gloriam aeternam, aut de reprobatione, nullo modo agitur.

Longè verò postquam hæc predictio completa est, Malachias, quem citat Apostolus, unius prædestinatione vocaliter amorem Dei, alterius postpositionem vocat odium Dei: *Jacob dilexi, Esau odio habui*.

Circa quod notandum 1^o tempus quo hoc dictum est à Malachia: non enim de fratribus illis in utero adhuc inclusi, dicunt est: *Jacob dilexi, Esau...*, uterque erat tunc in peccato originali, siue natura filii ira; sed post eventum rei predicti, multaque post secunda, Jacobi, et Jacoborum prælatio vocata amor; Esau et Idumæorum humiliatio vocatur odium.

2^o Notandum effectus illius amoris aut odii: ob hoc autem consulendum est Malachias, quem id est

VERS. 15. — *Sicut scriptum est*: etc., Malachia 1, q. d. Etsi fratres essent germani ac gemini, coquē nomine pares, nisi quid Esau ratione primogenitus preponendus videbatur: ego tamen *Jacob dilexi*, id est, volui ei in suā posteritate benefacere: *Esau autem odio habui*, id est, postulabam ac rejece, nolens singularia in eis posteritate beneficia conferre. His sensus est literalis verborum prophetae. Jam hinc colligendum relinquit Apostolus, argumento à figurā ad rem in figurā à mysterio significatum, nimirum Jacob, id est, credentes, justificav; Esau, id est, nolentes credere, repulū à justitia. Odisse accipitur pro eo, quod est postulare, negligere, non curare, praeterea contempnere. Notandum non constare, an Esau sit reprobatus ex reprobatione de qua disserit Apostolus: atque adeo non videri improbable, quod post deposi-

D. Paulus. Ex Maachiā autem amoris illius effectus est, terras haberes fertiles, reduci è captivitate Babylonica, etc.; effectus verò odii, ingratis habere terram, in captivitate relinqu, eorum montes et terram in solitudinem ponit.

In sensu itaque litterali, etiam juxta Malachiam, unius amor, seu prælatio super alterum, est in donis et commodis temporalibus; alterius odium, seu postpositio, est in donis et commodis temporalibus; in hoc ergo etiam textu, nihil de prædestinatione, aut de reprobatione.

Restat ergo examinanda mens Apostoli, quid intendat in horum textuum citatione, et quis sit illorum sensus allegorico, ab Apostolo intentus.

Q.D.E. MENS APOSTOLI IN HIS VERIS.

Melius agnoscere non potest quām ex ipso ejus contextu, et ex scopo sibi in hac Epistola proposito.

Ex contextu, ut jam indicavi, et ut legenti patet, probat exemplo Esau, non opes qui ex Isaac, esse promissionis filios; sed Judeos, sicut et Esau posse à Deo rejeti; gentiles verò posse à Deo eligi et præferri Judeos, sicut Jacob prælates est Esau, sicut fieri spirituales Abraham filii.

Ut hanc d. Pauli mentem, in ipso textu patentem, plenius percipias, et clarissim intelligas de quā prælatione aut postpositione intendat loqui, seu in quo gentiles Judæi prælati sunt ex merita Dei misericordiae, recordare finis ab Apostolo in hac Epistola intenti: de prædestinatione aut reprobatione non disputabatur à Romanis, seu Judeis, seu gentilibus; sed de quādam in Christianismo prælatione erat apud eos alteratio: qui præferendi aut prælati? an Judæi? an gentiles? ob quid prælati? an ob merita Judeorum legem Mosaicam observantium? an ob merita gentilium legem naturalarem custodiunt? D. Paulus utroque in tota hac Epistola confundit et humiliat; quod et hinc præstare satagens, ostendit gentiles quidem, licet posteriores, esse prælates Judeis, non ob merita sua, sed ob puram Dei bonitatem et misericordiam. Gentilium prælatio est Judeorum confusio; at gentilium sine meritis prælatio, est gentilium humiliatio.

Hoc sicut utrumque et gentilium prælationem et Judeorum reprobationem probat exemplo Jacob et Esau. Sicut Esau, licet patris sui præceptu servaverit, non tamen benedictionem habuit, sed Jacob, licet junior; sic Judei, licet antiquiores, et legem observaverint, exclusi sunt à benedictionibus in Christo; gentiles vero, qui benedictionem non quererant, benedictionem recuperant; et sicut Jacob fratrem suum supplantavit, ita gentiles Judeos supplantaverunt; et sicut Jacob elegit Deus, non ob merita, sed ut Dei præpositionem man-

gendum reliquit. Apostolus, argumento à figurā ad rem in figurā à mysterio significatum, nimirum Jacob, id est, credentes, justificav; Esau, id est, nolentes credere, repulū à justitia. Odisse accipitur pro eo, quod est postulare, negligere, non curare, praeterea contempnere. Notandum non constare, an Esau sit reprobatus ex reprobatione de qua disserit Apostolus: atque adeo non videri improbable, quod post deposi-

ret, sic et gentiles elegit, non ob merita, sed ex mera misericordia.

Mens igitur Apostoli fuit dare nobis figuram hujus quod futurum erat inter Judeos et gentiles in Christianismo; et argumento à figurā ad rem significatam, nobis colligendum reliquere, quid, sicut Deus Jacobum, posterius natum, præfuit. Esau prīus natus, non habita ratione ad eorum merita, quæ nulla adhuc erant, ita præfuit credentes non credentibus, ut credentes regenerat in Baptismo, non habita ratione ad operes legalia Judeorum, nec ad idolatriam, aut alia criminis gentilium.

Justificatio enim per fidem est gratuita, ut c. 4, v. 4 et 3, probavit Apostolus. Et sicut Deus hinc prælationem Jacobum dilexit, Esau autem neglexit, sic Christianos, qui sunt promissionis filii, quasi filios dilexit, non ex eorum merito prævio, sed ex liberâ sua bonitate; Judeos autem, non credentes, neglexit et rejecit.

Nota quid hic quidem excluduntur opera legis et opera nature, ad quæ Deus in justificatione nullam rationem habet; non verò opera ex fide et gratia, nec ipsum opus quo fideliſ fidei et gratiam acceptat, seu quo credit, sperat et penitet, ut ad justitiam se preparat, inquit verò hoc requiri ut quis adoptetur et fiat promissum filius.

CONCLUSIO MORALIS.

Ergo nec nulli, nec parentibus meis, nec ulli creature debet, quid sim christians, adoptivis Dei filiis; sicut Jacob non sibi, nec parentibus debuit quid præferret; ergo sibi Deo me totum debo, sibi Dei misericordia debeo gratiam adoptionis in Christianismo. Hanc Dei misericordiam et in tempore et in tota aetate cantabo.

VERS. 14. — QUID ERGO DICEMUS? NUMQUID INQUITAS. Occurrat objectione qua contra Dei justitiam, ob hanc sine merito electionem, fieri potest; quasi dicere: Si, quædammodum Deus Jacobum fratri suo præfuit in temporalibus, ita nunc gentiles credentes Judeis preferit in spiritualibus, in gratia scilicet et benedictionis filii Abraham promissa, et per Christianum obvenit, numquid propterea dici potest quid est si aqua in Deo injustitia, maxime cum id sit absque eorum merito?

ANSWER! respondet, aversans rem Dei nature plane repugnantem.

tum fraternalium odium, de quo Genes. 55, in verâ religione à parentibus accepta defunctum, salutem adeptus sit.

VERS. 14. — Quid ergo dicimus? etc. Apostolus hic occurrit tacita objectione: Si Deus sine merito Jacob dilexit, Esau verò illi equaliter odio habuit, ergo in justitia videtur; hoc autem dicere, est impunitum. Respondet Apostolus: Absit, et ratione reddens, atque objectionem solvens, subdit:

VERS. 15. — Moysi enim dicit. Electionem, inquit, plane gratuitam et indebitam ostendunt verbū id ad Moysen. Exod. 53: *Miseror, cuius misereor*, id est, cuius voluerō misereri; et misericordiam præstabo, cuius misereor; significat enim Deum miseri qui būscumque voluerit, eligendo eos ad salutem ex solo

Vers. 15. — MOYSI ENIM DICIT: MISEROR..., Grac.: *Et miseror quæcumque miseras sun*. Hoc textu utilit ad probandum nullam in Deo injustitiam esse, s Christianos adoptet, Judæisque præferat, sicut Jacobum præfuit Esau: quia scilicet opus utrumque, opus est misericordie; Deus autem miseretur cui vult. Quasi dicere: Deus donorum suorum dominus est, nemini quidquam debet, sua gratis cui vult dat; uni misericordiam faciens, nulli facit injuriam; juxta illud quod ipse dixit Moysi, Exod. 53, 19: *Miseror...*; haec autem gentilium prælatio, sicut et Jacobi prælatio, opus est misericordie; in neutrā ergo facit injuriam.

Miseror cuius misereor... Haec verba dicta sunt Moysi Exod. 53, 19, postquam omnes circa vitulum aureum peccaverant, quorum tamen aliqui tantum supplicio sunt affecti, alii eorum supplicio sunt correcti. Videtur etiam quid possint ad litteram intelligi, vel de beneficio ipsi Moysi singulariter promiso, vide v. 19: *Ego ostendam omne bonum tibi...*, et *miseror cui vult...*, vel de protectione temporali, quā fultus populus Dei erat coram aliis populis glorificandus, vide v. 16.

Illi autem Apostolus haec verba refert ad probandum quid nulla sit in Deo injustitia, si gentiles credentes adoptet, præferatque Judeis non credentibus; sicut nulla sit in Deo injustitia, cum Jacobum præfuit Esau, quia hoc utrumque opus est misericordie; Deus autem donorum sue misericordie dominus est.

Itaque haec verba, neque in sensu litteralem spectant ad aeternam prædestinationem; nec in sensu allegorico, ea de tali prædestinatione D. Paulus intelligit, sed de misericordia Christianis pro Judeis facta, nimirum de verâ justitia Christianis collata.

Quot Judei, de quibus dictum est: *Miseror...*, damnati tamen fuerunt! quot et Christiani, quibus a D. Paulo haec Dei verba applicantur, et damnati sunt et damnabantur! De gratia ergo intelligenda sunt justa D. Pauli mentem.

VERS. 16. — Igitur non volentes..., id est, hoc ergo, de quo hic agimus, hoc justificationis negotium, sed haec paterna Dei in Christianos beneficium, non est in hominis arbitrio; sicut paterna Isaac beneficium non fuit in Esau, eam desiderantis, et propter eam habendam currentis, potestate; sed opus est mera Dei misericordie.

beneplacito sua voluntatis, q. d. Prædestinatione haec et electio Jacobi pro Esau, et allegoricâ illorum fidei Abraham, id est, Christianorum, pro filiis carnis, id est, Judeis, non est cuiquam debita, nec opus justitiae et gratuitum, nunquam ergo iniquum; q. d. Ergo nulla est in carnalium Judeorum repudia, et credentium acceptatione ad justitiam, gratiam et salutem, que sum beneficium Abraham et semini eius promissa, iniquitas; quia acceptatio haec nulli est debita, sed plane est in Dei arbitrio, ut eam det gratis et gratioso eam voluerit; non ergo Judeis feci injuriam, cum gentibus feci misericordiam.

VERS. 16. — Igitur non volentes..., etc., q. d. Paulus: Beneficium Abraham et Isaac non fuit Esau voluntatis, sed operis, et gratiosus ei voluerit;

aque penitentiam de bono aut malo quod circa illos cogitavit; iuxta quod homines bonam aut malam agunt penitentiam. Vide Jerem., c. 18, v. 8 et 10.

Hinc prudenter D. Chrys. admonet quod hanc comparatio figuli et vasorum luteorum non debat in omnibus verificari; sed tantum valet ad hoc quod homo non debat contradicere Deo, sed eis incomprehensibili sapientia cedere, subdi, obedi, tacere; similiem esse rei inanimi, quae figuli manus subsequitur; haec multo fusi D. Chrysostomus.

Quidquid ergo circa nos faciat Deus, opifex noster, honoret, puniat; debemus adorare, silere, lutum imitari; et sicut lumen figuli manuus sequitur, sic et voluntati omnia gubernantur cedere. Et hoc nos docet haec comparatio ex prophetis desumpta; et in sensu litterali intellecta.

Cave autem ne ad opificii rationem existimes hanc à Paulo dicta fuisse, alii D. Chrys.; alias hinc multa sequuntur absurdia, etc.; et D. Paulus qui ubique ipsum voluntatem coronat, secum ipse pugnat. Idem D. Chrysostomus.

Hoc etenim discriminem est inter homines et vasa lutea, quod homines vasa sint liberae, et consequenter ipsimet per peccatum, seu per securitatem libertatis absurum, sese faciunt vasa in contumeliam, sese propriè et positivè indurant, cum possent, si vellet, adjuvante Dei gratia, se à suis sordibus emundare, et ex vasis contumeliam fieri vasa in honorem. Vide D. Paulum 2 ad Timoth. 2, 20 et 21.

Sed quid ex hac comparatione nobis inferendum refinguit Apostolus? Hoc ex dictis in toto contextu intelligendum, scilicet si figulus jus et potestatem habet ex eadē massā faciendo vasa quacumque voluerit, quanto potiori iure Deus ex eadē massā filiorum Abraham, Isaiae, Jacob, omnes quicunque fideles: *Deus benedit nos in omni benedictione spirituali in ceteris, in Christo, D. Pauli, Ephes. 1.* In hoc itaque honoris et benedictionis centro querendus honor, querendus beneficium; fide, charitate, etc. Quicunque huic centro fide unitur, fit vas honoris et benedictionis; et eō majoris, quō majori fidei et charitate illi unit. Hinc omnis verē fidelis, vas est honoris et honoribus cunatur; alios, Israëlitas et Iudeos talibus privare? inū Israelitarum servitū addicere? Quanto potiori iure Deus potest ex eadē massā hominum ēgypti incolarum, aliquos, scilicet ēgyptios, et Pharaonem rebellē plagi affigere, ac denique in profundi mari submergere; Israëlitas verē est capiūtate liberare, et in terrā fluentem lac et mel inducere? Quid ultra in sensu saltem allegorico nobis intelligentendum relinquit Apostolus? Quanto potiori iure Deus et ratione dominii et ratione justitiae, ex eadē hominum massā, sed diversimodo disposita, Christianos credentes, potest facere vasa in honorem, id est (ut D. Paulus explicat 2 ad Tim. 2, v. 20, 21), vasa sanctificata, et utilia Domino, ad omne opus bonum parata; Judæos verē incredules et nolentes per fidem à sordibus suis emundari, vasa in contumeliam, seu profana, iniustitia Deo, malis dedit! Cum hoc tamen discrimine, quod, sicut Deus propriè, positivè et directe miseretur, sic et proprie, positivè et directe misericordet.

Intra Christo nobis continuè adhærendum, ut petamus, ut reddamus, ut benedictionem divinam recipiamus, ut dignas Deo gratias agamus. Et directe misericordet; sic positivè et directe facit vas in honorem. Et sicut permisive et indirecte tantum indurant; sic permisive et indirecte tantum facit vasa in contumeliam.

tur, et quem vult indurare. Cujus ergo miseretur, id est, quem peccato liberat et justificat, ut Christianos credentes, hos facit vasa in honorem: quem verō indurat, uti Pharaonem et Judæos incredulos, hos facit vasa in contumeliam: sed sicut Deus positivè

VERS. 23. — *Quod si Deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam, sustinet in multa patientia; vasa ire, apta in interitum...* Græc., adaptata. Syr., *consummata ad extitum.* Repressa blasphemorum superbia, incipit Apostolus objectioni facta v. 19, categoricè et directè respondere: *Si quem vult indurare, ut Deus queritur, et punit induratos?* Respondet Apostolus, quia homines ipsi sese suā propriā malitiā positivè indurant, et se sūdūtūtū ap̄tant ad perditionem; Deus autem illos patienter sustinet, et peccare permittit, et punire differt; sique sūa patientia dicitur illos obdurare. *Quid si, supple: Quid tunc, si; vel: Quid ad te, si; vel: Quid est iniqui in Deo, si; vel: Tu quis es qui respondeas Deo, si sustinuit in multā longanimitate, nec statim punivit, sed ad resipiscētūtū invitavit; vasa ire, id est, homines sua malitia dignissimos, in quos Deus gravissima edet justitia exempla; apta, seu aptata, sua scilicet obstinatione et impenitentiā, ad perditionem, id est, qui sūa obstinatio malitia exiūtūtū meruerunt.*

VOLENS OSTENDERET..., id est, si, inquam, postquam tales peccatores diū, cum patientia sustinet Deus, expectans eorum conversionem; si tandem in illos ostendit iram suam, notamque facit suam in puniendo patientem, sicut in Pharaonem, quid inde contra Deum dici potest?

Nota 1^a in his Apostoli verbis rationem rejectionis et punitionis divinae, scilicet duritiam, seu Pharaonis, seu Judeorum, seu aliorum quorumcumque peccatorum. Nota 2^a ex istis verbis colligi hanc peccatorum duritiam propriè non esse à Deo, sed contra Dei voluntatem: quandoquidem Deus illam cum multā patientia sustinet. Nota 3^a in hoc et sequenti versus triplex contineri rationem, ob quam Deus impios cum multā patientia tolerat. Primo, ut convertantur, et per patientiam ad Dei misericordiam recurvatur: Deus, quia benignus et misericors, *omnesque vult salvos fieri*, hominem peccantem non statim puni, sicut punivit angelum; sed eum, utpote infirmum, cum multā patientia sustinet; hæcque sūa bonitate et longanimitate ad patientiam invitat, ut in cap. 2, v. 4, iam dixit noster Apostolus: *Ignorav quoniam Dei benignitas ad patientiam te adducit!* Secundo, ut induratos et impenitentes tandem puniat; postquam enim peccatorum expectavit divina bonitas, cumque sūa longanimitate ad patientiam diū invitavit, vident quod hæc sūa bonitate et patientia peccator ad suam ipsius perditionem abdūt, et ob eam fit in dies contumaciarum, divina tandem justitia suam in illum exercet potenter vindictam; peccatorem ergo obduratum puni juxta cordis illius duritiam, id est, eō severius

VERS. 23, 25. — *Quod si Deus volens ostendere iram...*, ut ostenderet divitias gloriae suas in vasa misericordie, etc. Apostolus hic perfectè respondet quæfæ, quam proposuit: Si Deus homines indurat, cur queritur, et induratos puni? Respondet ergo hic hoc modo, q. d.: Indurati ipsi positivè se fecerunt et ap̄st̄rūtūtū vasa ira; Deus ergo non fecit eos, sed sustinuit, id est, patienter peccare permisit, differens diū supplicium, sicutque eos indurasse dicitur; idque duplicit de causa. Prior est, ut iram, id est, justam et potenter suam vindictam in eos ostenderet, ut fecit, dum Pharaonem mersit in mari Rubro. Postulat enim Pharaonem patientiam, per quam non punieret eum Deus, impotens esse. Posterior est, ut ex hæc severitate Dei in induratis appareat gloriæ Dei misericordia, opulentia et liberalitas in vasa misericordie, id est, in sanctos et electos, quibus non ponam, sed gloriam preparavit.

VERS. 24. — *Quos et vocavit nos, etc. Quos, idem est, ac si dicat: Hæc vasa misericordie, non lutea,*